



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Regnum Dei non est cibus aut potus. tit. 240

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

TITVLVS CCXL.

**P**RIMÒ, notandum quod Pharisei que-  
rebat à Christo, Lucæ. 7. An regnum  
Dei staret, aut conqueriratur per externa  
aut interna opera. & respondit: Re-  
gnum DEI non consistere neque ac-  
quiri, per externa opera & ornatum id est, in vestitu,  
cibo, potu, esse in illo loco vel alio, in cærementis, cā  
panis, organis, &cæt. Sed regnum DEI intra vos  
est, id est, consistit in istis operibus, quæ sunt intrin-  
secus in vobis, id est, fide, timore, dilectione DEI,  
misericordia, patientia, castitate, &cætera, & alijs fra-  
ctibus Spiritus sancti, Galat. quinto. Hos motus exi-  
tat Spiritus sanctus in corde spirituales. Ideo re-  
gnum Dei non est res corporalis, & extra hominem,  
id est, nec cibus, nec potus, nec vestitus, nec mona-  
rij locus, sed est res spiritualis, vt fides, charitas,  
&cætera. Romanorum, 14. Regnum DEI non est ei-  
bus & potus, id est, res corporalis non est causa nulli-  
ficationis, sed fides in Christū apprehendit proprietatem  
Christū, est pax conscientię à damnatione & accusatio-  
ne legis, peccati, & satanæ, est gaudium spirituale de  
redemptione, quia Christus nobis datus est à Deo, vt  
sit nostra sapiëtia, iustitia, sanctificatio, & redemptio,  
1. Cor. 1. Sic his motibus viuit & regnat Deus in cor-  
dibus nostris, Galat. secundo: Viuo ego, sed non ego,  
viuit autem in me Christus. Hoc autem tunc fit, id  
est, in futura vita, quando nō est peccatum in nobis. Sic  
regnum Dei in nobis est, per huiusmodi enim motus

CHRISTVS est, viuit & regnat in nobis.

Secundo, externa opera, obseruationes, &cæ-  
moniae, siue externus cultus, vt sunt cibus, potus, &cæ-  
teris,

titus, locus, &c. nō sunt rei scienda. Sunt enim vincula, & quædam ornamenta ad maiestatem cultus Dei, ordinata. Sunt media, per quæ Deus sua nobis distribuit dona, ut sacramenta, opera, jejunium, cibus & cultus. Ideò externa illa, atque cæremoniarum observationes, licet non sint virtus, attamen sunt ornamenti rerum illarum spiritualium, sicut testa non est nucleus, attamen decorat nucem intus absconditam: sic sunt etiam cæremoniæ, &cæt. Primum igitur querere debemus hoc regnum Dei & iustitiam illam, id est, fidem, dilectionem, timorem, &cæt. Mat. 6. per quæ Deus in nobis viuit & regnat. Hoc primum & potissimum esse debet, ut simus fideles, mansueti &cæt. & alia adiicientur.

Tertio, Aduersarius satan etiam regnat in nobis, & regnum suum etiam intra nos est. Nam viuit in nobis per superbiam, inuidiam, auaritiam, luxuriam, acediam, iram, &c. Per hæc spiritualia opera & motus sedet in corde, araneus in tela sua, & studet ut Christum expellat. Ideò docuit Christus orare Matt. 6. Adueniat (Domine) regnum tuum. Veni, & expelle satanam, occide hunc inimicum meum, sed fit, sic ut Christus dicit Ioan. 3. Lux venit in mundum, & homines magis dilexerunt tenebras. Probet ergo nunc seipsum in quo regno sit, Christi an satanæ.

Quarto, licet regnum Dei non stet in rebus externis, attamen non sunt tanquam res fordidæ & inutiles cœtemnendæ, sicut hæretici dicunt, Cibus ac vestitus non iustificant, ergo nullum obseruamus jejunium, exuamus cucullam, deponamus cæremonias, &cæt. Nam hæc oportet facere, misericordiam videlicet & iudicium, & illa non omittere, Matt. 23. Non oportet omnia externa abijcere, sed ad excitationem interioris devotionis & cultus veri retinere externas etiam si hæc sine interiori opere parum profundunt: at cum simul externum & internum opus sit, non carebit

MMm 2

carebit suo præmio ex gratia propter Christum: mihi  
recordia ergo pauperi non sufficit, nisi etiam elema  
synam dederis, si in facultate tua est.

*QUID SIT REGNUM CAE  
lorum.*

TITVLVS CCXL.

Rimò notandum, quod est duplex regnum.  
Terrenum seu temporale, quod sine finem inu-  
sortitur: & cælestè, quod nunquam inten-  
dit. In terreno regno solum laboratur,  
temporarijs rebus, quomodo diuitias &  
honores querantur, Politiae regantur, & filii educe-  
tur, &c. In hoc præsidet Imperator, & suas concedit li-  
bertates, & potestas sua extendet se ad bona tempora-  
lia & corpora hominum. Sic satan in monte Iusti-  
tia ostendit Christo omnia regna mundi. In hoc regno  
docetur, quomodo per artes acquirantur tempora-  
lia. Et sunt in eo quidam hœsti homines, aliqui auarici-  
superbi &c. Sic est regnum Romanum, Regnum Is-  
rael &c. Cælestè regnum sic dicitur, quia in eo labora-  
tur pro spiritualibus & cælestibus donis, quæ defulpe-  
re de cælo veniunt: sic enim dicitur Iaco. i. Omnes data  
optimū, & omne donum perfectum &c. In tali regno  
prædicatur euangeliū Christi, per quod homo acqui-  
rit fidem, Rom 10. Fides ex auditu verbi. acquiritur  
spiritus sanctus cum suis fructibus, Gal. 5. Acquiritur  
æterna salus & vita æterna. In hoc regno acquiritur  
redemptio à satana, & condonatio peccatorū Col. 1.  
propter Christum. Nam Deus pater in hoc regno pre-  
sideret, & confert dona varia cælestia & spiritualia pro-  
pter Christum, immò Christum & omnia cum Chri-  
sto. Hoc est regnum Dei, id est, regimen suum, in istis  
cælestibus donis & virtutibus nos regit id est, per-  
dem, spem & dilectionem &c. trahit nos supra ad al-  
tioria, quam ea quæ sunt in mundo, sicut Apost. dicit,  
Philip.